115r

Et peruertitis uerba di uiuentis. dni exercituum di nostri;
haec dices siue dicetis ad prophetam · quid respondit tibi dns · &
quid locutus est dns · si autem onus dni dixeritis, hucusq; in
LXX non habetur · & sequitur; propter hoc haec dicit dns · quia
dixistis sermonem istum onus siue adsumtio dni · & misi ad uos
dicens · nolite dicere onus siue adsumtionem dni; propterea
ecce ego tollam siue assumam uos · & ciuitatem quam dedi uobis
& patrib; uris a facie mea · & dabo uos in opprobrium sempiter
num · & ignominiam aeternam · quae numquam obliuione delebitur;
Praecepit dns ut nequaquam oneris & ponderis & assumtionis ·
sermo diceretur in populo · sed responsionis & uerbi di; Quod
quia populus implere contempserat · ipsum uerbum interp
tatur super eis & dicit; quoniam dixistis quod nolui · & hoc cum saepe pro
phetas mitterem & iuberem ne diceretis · propterea sermonem
urm assumtionis · oneris · & ponderis · in uobis opere conplebo;
Assumam quippe uos & tollam atq; portabo & allidam · ac de subli
mib; in terram cor ruere faciam; Non solum autem uos ·
sed & urbem uram quam dedi patrib; uris; & dabo in
quit in opprobrium & ignominiam sempiternam · quae
numquam obliuione delebitur, Hoc autem & tempore ba
bylonicae captiuitatis factum esse nouimus · sed plenius
atq; perfectius post saluatoris passionem · resurrectionemq;
completur · quando locutus est dns; Relinquetur uobis
domus ura deserta; & usq; ad finem eius sententia permanebit;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0237